

6.

1304 26. Sept. (sabbato ante fest. beati Michaelis proximo). d. Sittavie.

Die Markgrafen Otto, Johann und Woldemar von Brandenburg und Landsberg gestatten zur Ehre Jesu Christi und der Jungfrau Maria, sowie zum Ersatz der Schäden, welche etwa durch die Markgrafen selbst oder durch ihre Vögte und Beamten den Gütern des Klosters Marienstern bei Kamenz zugefügt worden seien, daß letzteres sich 10 Mark wo immer auf dem Gebiet des Markgrafen gelegene Jahreseinkünfte erwerben dürfe. — Zeugen: Conradus de Reder, Nicolaws de Buk, milites.

Nr. 139. An gelb-grün-rothen Schnuren die Siegel Otto's und Woldemar's. — Vgl. Knothe, Marienstern 35.

7.

1304 26. Sept. (sabbato ante fest. b. Michaelis proximo) d. in Sitthavia.

Dieselben Markgrafen eignen dem Kloster Marienstern das ganze Dorf Jauer.

In nomine domini, amen. Quemadmodum tempus defluens est et defluit, sic cum tempore defluente temporales eciam defluunt actiones. Necessse est igitur, ut ea, que ab hominibus aguntur, ne in oblivionem, que mater et materia est erroris, deveniant vel aliquialiter deducantur, litterarum testimoniis perhennentur. Hinc est, quod nos, Otto, Johannes et Woldemarus, dei gracia Brandenburgenses et de Landsberg marchiones, notum esse volumus universis christifidelibus tam presentibus quam futuris, quod cum vir strenuus et fidelis, noster miles Theodericus dictus de Panewicz, duas filias deo dicatas in collegium seu conventum sanctimonialium monasterii Stelle sancte Marie virginis, ordinis Cisterciensis, Misnensis dyocesis, juxta opidum Camenz, ad servicium domini tradidisset, ipse motus devocione speciali, intuitu elemosine, omnia bona libera et in pheodata, vel quocumque alio nomine censentur, que a nobis tenuit in pheodo in villa, que Jauwer vocatur, eidem monasterio, abbatisse et conventui dedit, tribuit et donavit de consensu, voluntate et assensu omnium suorum puerorum pariter et heredum, nichil sibi juris seu vendicacionis aut suis heredibus bonis in eisdem reservando, resignacione vero legitima coram nobis facta, prout in talibus fieri est consueta. Eapropter ad laudem et gloriam nominis Jesu Christi ejusque gloriose genitricis et virginis Marie donacionem dicti Theoderici nostri militis gratam et ratam habentes, ipsam augmentamus et bona alia in pheodata, sita in eadem villa Jauwer, que a nobis non tenuit, similiter eidem monasterio, abbatisse et conventui tradimus et donamus et sic totam villam predictam Jauwer, sitam apud predictum monasterium, cum omnibus suis juribus et pertinentiis, cum agris cultis et incultis, pascuis, pratis, aquarum decursibus, arbustis, rubetis, prout in suis terminis et metis circumferentialiter est distincta, necnon cum omnibus utilitatibus, que nunc insunt vel inesse poterunt in futurum, ob remedium peccaminum et salutem animarum nostrorum progenitorum et nostre sepedicto monasterio Stelle sancte Marie virginis, abbatisse